



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 2. Admiranda Cephaleniæ, Ithacæ, & Echinadum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

Quo tempore flant Etesix hic capræ hiantes stant ad Boream,  
eoque contentæ nec querunt aquam, nec bibunt. *Antigonus cap.*  
*I43.*

In hac Insulâ terra admixta cibo eum reddit meliorem, & sua-  
uiorem. *Apollonius cap. 33. ex Theophrasto.*

N V M 2. Admiranda Cephalenia, Ithace, & Echinadum.

In Cephaleniâ amnis quidam penuriam Cicadarum, & copiam  
dirimit; scilicet ab vnâ parte plurimæ reperiuntur, ab alterâ nullæ  
visuntur. *Plinius lib. 11. cap. 27. & Antigonus cap. 3.*

In Cephaleniâ nascuntur minuta animalia, quæ lanâ vt oves ve-  
stiuntur. Item & serpentes hîc innoxij sunt, & in dormientium  
peitoribus, & sinu blandè repunt sine vlo periculo eorum qui  
hoc patiuntur. *Itinerarium Baronis de Beauau.*

In Cephaleniâ capræ non bibunt vt reliquæ quadrupedes quo-  
libet die, sed ora aduersum ventis obuerunt. *Ælianu tradit 6.*  
mensibus non bibere capras. *Aristoteles in Admirandis.*

Circa Cephaleniam pisces adeò falsi sunt, vt pro falsamentis  
sumi possint. *Plinius lib. 32. cap. 2.*

In Ithacâ lepores non nascuntur, & illati moriuntur potissi-  
mum in littore extremo. Addit Iulius Pollux eam solam inter Insu-  
las leporibus carere. *Antigonus Carysius cap. 11. Plinius lib. 8.*  
*cap. 58.*

Ad Echinadas tempore Tiberij, circa id tempus quo Christus  
expirauit, auditæ voces lugentium Magnum Panna mortuum  
esse, idque distinctissimè à nautis. *Baronius tom. 1. ad annum Christi*  
*34. ex Plutarcho de effectu oraculorum.*

§. 9. De maioribus Insulis in mari Ægæo.

N V M. 1. Admiranda Insula Cretæ.

CRETAM aliquando incoluit quidam Tellus nomine, qui eam  
de die ter circumibat. *Agatharcides.*

Ibidem alni fructum ferunt. *Aristoteles in Admirandis.*

Hîc capræ sagittis istæ recurrent ad Dyðtamnum, hæc enim  
herba expellendi teli vim habet. *Antigonus cap. 36. Aristoteles lib. 9.*

*cap.*